

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

662

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

1. König Dagobert verleiht der Kirche der heiligen Maria zu Straßburg drei Höfe zu Bischofsheim, Ruffach und Species. 662 April 2 Isenburg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Tagebertus^a divina favente clemencia nobilissimus rex. notum sit omnibus sancte dei ecclesie fidelibus natis et nascendis, qualiter^b ego
5 rex^c Tagebertus^d exhereditatus^e Christo volente^f propriis^g filiis sanctam Mariam michi in hereditariam^h heredem acquisiviⁱ dans in honore^j ejusdem^k matris domini ad Argentinensis ecclesie monasterium tres curtes meas optimas et electas, quas ita discernebam a ceteris, ut
10 preessent cunctis^l. quarum una sita est in pago, qui dicitur^m Bischovisheimⁿ, et^o in comitatu Chilcheim^p, altera in pago, qui vocatur^q Rubiaca^r, et in comitatu Illichia^s, tertia
15 in pago, qui nuncupatur^t Species^u, et in comitatu Bargense^v. scilicet has supradictas curtes ad supradictum monasterium cum servientibus optimatibus vel etiam equitibus ad easdem curtes pertinentibus eo jure tradidi^x, ut omnibus annis vite sue ipsi et posteri eorum
4 nummos ad legitimum censum dent ad eandem curtem, qua visi sunt degere. sed viliores servos ita dempsi a supradictis, ut dent 12 nummos, exceptis hiis, si qui liberales mulieres
20 acquirant. eorum filii nullum censum reddant, sed tamen vivant eodem jure uti patres eorum. insuper bannum eorum sit precium trium solidorum, nisi si que forte faciant contra monasterium, hoc emendent secundum gratuitam voluntatem illius loci procuratoris, nec tamen omnino expertes predii neque proprie vite consistant. super hec Speciensem curtim discrete cum servientibus michi ab aliis ita discernebam, ut quicumque a famulantibus michi
25 serviliter essent procreati, masculini sexus qui forent, nullum censum reddant; sed feminei sexus etas, ut predictum est, legitimum censum persolvat. post hec demum cupiens querere, quo consilio corpus quin potius animam possim deo et genitrici ejus commendare, me ad idem monasterium, quandiu vixissem, ejus pro gracia promisi servitutum, ut ipsa me in die judicii commendaret ex se carnaliter nato filio domino nostro Jesu Christo, ac maxime

25 a) C Dagobertus. b) C quod. c) B om. rex. d) C Dagobertus. e) C exhereditatis. f) C voluntate. g) Henschen. bonis. h) C om. hereditariam. i) C accersivi. j) B honorem. k) B om. ejusdem. l) C om. quas—cunctis. m) C om. qui dicitur. n) B Bisschoffesheim. C Bischovesheim. o) C om. et. p) C Killeheim. q) C om. qui vocatur. r) C Rubiaco. s) C Illiche. t) C dicitur. u) C Species. v) B Bargensi. C bricht hier ab. x) B bricht hier ab.

30 ¹ Schöpflin *Als. illustr. I*, 636 sucht Species als Untergau im Aargau also in der Schweiz, ihm schliesst sich K. Pertz in *Mon. Germ. Dipl. I*, 186 not. 70 u. 71 an. Demgegenüber hat schon Schiller *Königsh. S. 594* auf die Gegend von Barr gewiesen und das heutige Börsch darunter vermuthet. *Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. I pr. p. 27* not. z substituirt Spesburg, heute Ruine bei Barr, ihm ist Weiland der Herausgeber des *Chron. Ebersheim. Mon. Germ. SS. XXIII*, 433 gefolgt. Angesichts der verderbten Ueberlieferung wage ich keine Entscheidung.

ideo, ut liberales, qui beneficia ab eis de curtibus ex me habebant, mee pro causa suasionis se eodem more^a quo ego se promississent servituros non serviliter sed liberaliter legalium^b jure virorum, petentes a me, ut si quid unquam fore fecissent, hoc facilius emendarent dimidie partis quam ceteri liberales. quod et concessi. sed et insuper, si quid emendare debuissent in advocati ejus jure, cum septem solidis et semis satisfaciant, tamen ipsis laudantibus quin poeius eundem advocatum constituentibus. et si quis horum pro maxima culpetur culpa, si culpabilis sit, in maximo banno triginta solidos emendet; quin eciam, si unquam presul ejusdem loci quenquam horum contra se consilio vel facto etiam fecisse convincat, hoc emendet quasi liber vir; si autem insons velit fieri, cum predicto jure liberalium inculpabilis fiat. sed hiis liberalibus, qui se sua sponte pro mea suasionem ad idem monasterium dederant, tale jus constitui, ut habeant liberam potestatem emendi, habendi, dandi, vendendi et posteris eorum propria jura dimittendi. et nemo eos supradicat nisi liberales in eisdem curtibus degentes, qui se meo consilio eidem monasterio commendarant; et tamen ipsi supradicant et justiciam inveniant super omnes, qui illuc subditi sint. insuper si qui sint, qui in ejusdem monasterii potestatem veniant liberaliter degentes, 3 kalendas marcii postea in advocati jure et in liberalium virorum tueantur, et hinc predicti liberales nullum famulatum domino illius loci vel regi exhibeant, nisi ex eis beneficia habeant, ita etiam, ut unusquisque loricatus vir decem mansus possideat, et tunc pergat unusquisque illorum, quocumque velint eos mittere cum victu episcopi sive regis, ipsis laudantibus ministeriis trium villicationum. si autem quisquam ex eis non habens beneficia exigatur in famulatum ipsius loci defensoris, trium ebdomadarum spatio pergat in servicio ad defendendum regnum, quarta intrante, si ei nolit beneficia dare, fiat in presencia ejus cujuscunque velit miles.

Acta sunt hec in Isenburg^c. et ut hec^d a nobis facta credantur et a posteris nostris non infrangantur, manu propria roboravimus^e et sigillari jussimus.

Signum domini Tageberti regis pii^f.

Ego Turandus cancellarius regis ipso jubente rescripsi.

Acta sunt hec 4 nonas aprilis luna 7^g anno ab incarnatione domini 662^h indictione 5 regnante Tagebertoⁱ rege^j anno 32 regni sui^k.

A aus Schöpflin *Als. dipl. I, 25 nr. 22 nach dem cod. membr. 1357. Darnach auch Grandidier Hist. de Fégl. de Strasb. I pr. p. 26 nr. 17 = Bréquigny-Pardessus Dipl. Mer. II, 170 nr. 380 = Migne LXXXVII, 1305 = Mon. Germ. Dipl. I, 186 nr. 70.*

B coll. Coccius *Dagob. p. 143 stückweis nach einem verlorengegangenen Pergament-Codex der Straßb. Diocese (mit A identisch?) = Vorburg Histor. VIII, 231 = Henschenius De trib. Dagob. p. 84 = Le Cointe Annal. III, 748 = Laguille pr. p. 3 nr. 5.*

C coll. Schilter *Königsh. S. 592 stückweis nach dem 1870 verbrannten Original der lateinischen Chronik Königshofens = Länig XVII, 866 nr. 1.*

D bei Bebel *Antiq. Argentorat. eccl. p. 72 aus dem Manuscript von Gebwilerus de comit. Habsb.*

Die Unächtheit erweisen ausführlich *Le Cointe l. c., Grandidier l. c. p. 83—87, Bréquigny-Pardessus I, 111 und II, 170. Vergl. Friedrich Kircheng. Deutschl. II, 506 ff. Die Fälschung muss vor die Mitte des 12ten Jahrh. fallen, da sie im ersten ältern Theile des Chron. Ebersheim., der um 1167 absetzt, bereits verwerthet ist, auch in den 1870 verbrannten Fragmenten einer ältern Ebersheimer Chronik, die sich in einem Codex des Matthias von Neuenburg befanden, schon figurirte. Vergl. Mon. Germ. SS. XXIII, 429 und 433.*

a) Grandidier modo. b) Grandidier legaliter. c) B Senburg. d) B om. hec. C ea. e) C roboravimus. f) C om. signum—sunt hec. g) C 10. h) C 706. i) Grandidier Dagoberto. j) C om. indictione—rege. k) C nostri.